





1717,19 22

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS,  
**ERNESTUS**  
TENZELL,  
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII  
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-  
SOR, CIVITATIS CONSUL  
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.

---

ERFORDIAE,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

¶

**J**ure veteri Teutonico , Maritos uxoribus dotes dare solitos , è C. Tacito de mor. Germ. cap. 8. constat: Sic enim ille : *Dotem non uxor marito sed maritus uxor offert , intersunt Parentes , & propinquai , & munera probant , non ad delicias mulieres quiescita , nec quibus nova nupta comiatur , sed boves & frenatum equum , & scutum cum framæ , gladioque , inter hæc munera uxor accipitur , atque invicem ipsa armorum aliquid viro offert.* Vix autem est , Tacitum quasi non adeò distinctè rationes institutorum Germanicorum cognoverit , eo ipso deceptum fuisse , quod hæc munera , quæ olim mariti uxoribus suis offerebant , dotem , vel doti Romanæ similia esse crederet , uti puravit B. Stryk. us. mod. Pand. Lib. 23 Tit. 3. §. 1. Præterea enim , quod eadem fuerit ratio Alemannorum , Boioriorum , & Wysigothorum , nec non Lege Salicâ , juris , de ipsa dotis voce ; uti pluribus demonstrat Schilter. Exerc. ad Pand. 36. §. 69. seqq. Idem jus aliis quoque Nationibus usitatum fuisse , ut sponsus daret dotem sponsæ , constat. Sic enim & Mōsès determinatum modum dotis , quam virgines accipere consueverunt , refert , nempe 100. siclor. argenti , Gen. 34. v. 12. Deuter. 22. v. 19. Et de Græcis refert Alber. Gent. l. 4. de nupt. c. 12. p. 449. de Cantabris Petr. Greg. 9. Synt. 18. n. 10. v. Hillig. in Don. L. 13. C. 20. lit. C. Inde tamen , in foro Teutonum , dotem juris Romani quam sponsa infert sponso , plane inusitatam fuisse , minime credendum. Cum dos ita duobus modis dicatur , vel quam liber homo dat sponsæ , vel quæ viro cum muliere datur , v. Schilter. d. l. §. 73. Quæ dos juris Romani , recepto

recepto plenius in Germaniâ jure Romano, frequentari  
magis cœpit; An autem forte Veteres Germani non tam  
avidi dotis fuerint? quod libertatem dotis servituti præ-  
ferendam judicarint? Ita tritum est illud *Plauti, Asinari*  
*act. I, scen. i. vers. 74*: *Argentum accepi dote imperium ven-  
didi, & Titinnius apud Nonium inquit: Verum enim, dotibus*  
*deliniri, ultrò etiam uxoribus anceillantur.* Silius Bassus ap.  
Senecam *Lib. I. controvers. 6.* Omnes uxores ait, divites  
servitutem exigunt. Crede milii voler regnare in suis diei i-  
is: & tamen æquum est, eam tenere dominum, quam meam  
agnoverit. Et Arellius Fuscus ibidem: *Insolens malum est,*  
*beata uxor.* Cum immensum pondus auri attulerit, cum  
pecunia arcas nostras oneraverit, quid aliud quam beatè ser-  
viemus? Hinc graviter comqueritur Philippus Cluverius  
*German. Antiqu. lib. I. cap. 20.* *Virtus tunc inquit, maxime*  
*ac probi mores spectabantur, atque ipsum matrimonium;* at  
nunc, antequam eam, quam quis ducere velit, vel oculis  
conspexerit, vel ex aliorum relatis, qualis sit, acceperit, de  
dote, quam allatura sit, primo loco inquirere, summa est cura;  
*De hac si ampliter constet, de reliquo nihil prorsus est sollicitus;*  
*sit deformis, sit manca, sit membris capti, vel mutila, quam*  
*nunquam amare queat; sit improbis sceleratisque atque insa-  
mibus prograta Parentibus; sit etiam ipsa impudicitiae criminis*  
*notata; nihil interest, dum dos hac ampla compenset &c.* Sint  
autem hæc ita; interim Alia quæstio est, an non uxor, quæ  
corpus suum marito credit, etiam facultates suas, ad onera  
matrimonii ferenda, committere eidem debeat? quod  
affirmare, æquitati certè consentaneum, nemo dubita-  
bit, *v. l. g. de paci. conv. l. 2. C. ne fidej. dot. dent.* Unde nec pro conservandâ dote, fidejussores uxor vel so-  
cer exigere, quinimo nec sponte maritus eosdem dare *J.*  
*Rom. poterit. l. 1. § 2. C. ne fidejuss. dot. dentur.* Quod ult-  
imum licet multis displiceat, ratio tamen Imper. in d. l. t.

generalis satis illam confirmat sententiam. Quamvis subtilis nimis illa ratio alicui non sine ratione videriposset, cū pignus pro securitate dōcis dari, jus Rom. admittat l. 7. §. 6. f. don. int. vir. & ux. l. s. ff. de pign. l. 1. ff. qui potior. in pign. & parum referre videatur, sive fidejussoribus sive pignoribus caveatur l. 21. §. f. ff. de const. pec. administrīnum quantum ad rationem cessantium fiedjussotum attinet. Non autem omnia uxorum bona, dotalia esse, ē jure constat. Cum alia sint dotalia, alia paraphernalia, alia receptitia, v. l. 30. C. de jur. dot. l. 8. & f. C. de pač. conv. In dotalibus maritus dominium, (positis terminis habilibus) Paraphernalibus solum administratiōnēm, (in foro Saxon. autem etiam usum fructū cum restrictione tamen cuius mentionem facit Dn. Berger. acon. Jur. L. 1. Tit. 3. §. VII. nvt. 19. p. 130.) in receptitis verò nihil omnino juris consequitur. dd. II. Undē saepius de dotium juribus disputationes oriuntur. Esse enim dotale, non pro qualitate naturali, sed adjectititiā habendum. Adeò ut in dubio res uxoris pro paraphernalibus potius, quam pro dotalibus habendae, Carpzov. p. 1. const. 28. def. 87. Ubi tamen cum communi JCTorum Saxon. sententia, omnia uxoris, tempore nuptiarum illata, pro dotalibus habet: vid. Dn. Berger. acon. Jur Lib. 1. Tit. 3. §. VII. Nec inanis est ista differentia, cum majora sint uxorum in dote, quam circa paraphernalia privilegia, cum ibidem cum hypothecā tacita, privilegium habeat, ut omnibus creditoribus hypothecam etiam anteriorem habentibus præferatur. per l. 12. C. qui pot. in pign. Quamvis à communi illa sententiā in praxi communiter recessum, ita ut tacitae ratione dōcis hypothecā, anterior expressā præferatur, v. Lauterb. coll. Th. Pr. Tit. ff. 2. Lib. 20. §. 19. Quæ sententia expressè approbata Const. El. Sax. 20. p. 1. In bonis verò paraphernalibus

nalibus simplicem tantum habeat hypothecam tacitam  
uxor. l. f. C. de pac*t*. Conv. Sicuti autem ubi res pecuniâ  
pupillari emta, non solum privilegiata m consequitur hy-  
pothecam pupillus. l. 7. pr. ff. qui pot. in pign. l. 3. de reb.  
qui sub tut. l. p. C. de serv. pign. dot. man. Sed imo etiam  
quando factio tutoris hoc contigit, utilem vindicationem  
eidem competere & sic Dominii jure uti eundem posse  
ex l. 2. f. quand. ex fact. tut. colligunt. v. Carpz. p. 2. const.  
11. def. 21. sic tamen ut tali casu non copulative, sed ele-  
ctivè concurrant hypotheca, & Dominium Lauterbach.  
Coll. Th. Pr. ad Tit. V. Lib. 42. Pand. §. 4f. Ac simile ferè  
exemplum occurrit circa militem, cuius pecuniâ res fuit  
emta in l. 8. C. de R. V. ita ut utilis R. V. acquiratur, militi,  
sive ipsius, sive alterius nomine comparata res sit: cum  
alias res emta pecuniâ licet alienâ, regulariter ejus fiat,  
qui eam rem suo nomine emit. l. 5. §. planè ff. de trib. act.  
l. 1. & p. C. si quis al. vel sibi, l. si ex eâ 6. C. de R. V. Ita  
non sine magnâ dotis favorem respiciente ratione, quæ  
quoquo modo dotes servari svalet, videtur idem de re  
pecuniâ dotali emtâ afferendum. Quæ sententia non  
solum summo dotis favore, sed imo expressa L. 54. ff. de  
J. dot. sanctione nititur. Nec est, quod verbum: vide-  
tur, quo eadem l. utitur, dubiam legis istius mentem fa-  
ciat, quasi eo ipso nota improprietas significetur, præ-  
fertim cum contrarium sancitum in l. 12. C. de J. dot. vide-  
atur. Quæ etiam ratio plerosque modernos juris Dd. ut  
communiter, res pecuniâ dotali emtas, non fieri dotales,  
statuant. ac ita in praxi observari, tradant, permovit. v.  
Struv. Ex. 30. th. 6. Carpz. p. 3. const. 23. def. 28. seq. Ziegler.  
tr. de J. dot. §. 25. Dn. Berger. Oecon. Jur. Lib. 1. Tit. 3. not. 2.  
Enim vero non solum ulterius mentem d. l. 54. explicat  
l. 26. ff. eod. de J. dot. ubi constante matrimonio talern  
permutationem ( vel surrogationem ) fieri posse, si hoc

uxori utile sit, expresse statuitur, sed etiam re penitus perspecta, nec *all. l. 12. C. de J. dot.* contraria est. Nec enim quod ibidem traditur, fundum pecuniā dotali à marito comparatum, non uxori sed marito quæri, nunquam per priorem legem in dubiū vocatum. Ut adeo non sine ratione miratus sèpè fuerit *Ant. Fab. Conjectur. Lib. 5. c. 9.* quare dissonantiam inter has ll. statuerint Juris interpretes? Et ita allegatam *l. 14. de J. dot.* ad casum ubi res uxoris nomine comparata, restringere non opus, uti hoc refutat *Bachov. ad Tr. utl. Vol. 2. Disp. 7. Th. 8. l. 2.* cum ita plane non mariti, sed uxoris fieret talis res; cum tamen pecuniā dotali, ad mariti Dominium plenè, æque ac res æstimato in dorem datæ, pertinente, ratio manifesta sit, quare res tali pecunia comparata, ejusdem fiant conditionis, qualis ipsa pecuniā fuit; ac ita res pecuniā dotali emitæ, omnino dotaless esse, ac tamen constante matrimonio ad maritum pertinere possint; ita tamen, ut soluto matrimonio hæ mulieris efficiantur & ab illa, æquè ut res æstimatæ in dorem datæ, vindicari possint sec. *l. 30. C. de J. dot.* cuius sententiae & est *Bachov. ad Tr. d. l. 8. Donell. cap. 2. n. 30. seq.* & idem admittit *Brunnem. in l. 12. C. de J. dot.* in casu quo maritus non est solvendo. Plura de hisce in *Lectione Cursoriæ ad L. res que 54. ff. de J. dot.* differet *Nobilis* & *Clariss.*

## DN. JOH. MICH. KLIPSCH,

De cuius Vitæ Curriculo sequentia nobis relata: Natus is est Ha-  
lz-Saxonum die 7. Junii Anno 1685 Honestis Parentibus, Patre sci-  
licet CHRISTIANO KLIPSCIO, Civie illius loci dum vivebat, an-  
tiqua

tiquâ virtute & fide , in lignorum ad exstructionem ædium aptorum, Commercio, occupato; Matre, MARIA, earundem virtutum participe. Ab his à primâ statim infantia, aliorum informationi traditus , tirocinii rudimentis depositis , annum 14. tunc agens, ad Gymnasium dictæ Patriæ Urbis transiit. Ibi per quadriennium , & quod excurrit, studiis humanioribus imbutus, ad acroasē se accinxit Academicas, ac in numerum Studiosorum receptus fuit. Ubi Affinis Dn. Job. Philipp. Schmidtii, J.U. D. ac Regiū in Ducatu Magdeb. Provincialis Regiminis Advocati ordinarii , tunc temporis Lectionibus Juridicis in Patriâ occupati, ac Institutiones Justin. Pandectas, Codicem & consuetudines Feudales explicantis, auditor fuit, ac in Examinibus , Disputationibusque privatisimis , discendi subinde cupiditate flagrans, qualem debuit, se præstandū studuit. Hoc Juris Cursu absolute, sva-  
fu Dr. Schepferi in Praefatione ad Synopsin Pand. docendo disce-  
re cœpit , ac quæ didicit amicis ulterius proponendo, & sic pro-  
priam industriam eō magis excitando , ut scientiam Juris solidi-  
us firmaret , laboravit, finemque hunc ut eo felicius assequere-  
tur. BB. Strykios, Dnos Thomasium, Ludewigium, Böhmerum, & Lu-  
doviciam , Viros dignitatis, honoris & eruditio[n]is splendore illu-  
stres , Jura partim Civilia , partim Canonica docentes, sedulò  
audivit. Horum J[uris]torum Celeberrimorum , quos laudat Præ-  
ceptores æternum venerandos, doctrinā, ac solidioris Jurispruden-  
tia studiis eruditus, vix laudabile diutius in Palæstris commorari,  
judicavit , si bello tandem ipsi, manus non admoveret ; Quapro-  
pter Affine suprà dicto duce, ad Praxin se applicavit Forensēm ,  
ambiensque denique in numerum Advocatorum Ordinariorum  
recipi , ad Examen corām Illustri Regimine Regio admissus, con-  
grue ad Quæstiones propositas respondendo , Celeberrimi Istius  
Collegii approbationem Gratiōsām meritus, spemq; nactus est,  
assecuratione publica firmatam , ubi locus vacans erit , aditum  
ad munus Advocatorum , non fore clausum. Nunc hanc per-  
antiquam adiens Universitatem , à Facultate nostra decenter, ut  
ad Examen , quod vocant rigorosum , & reliqua Specimina In-  
auguralia admitteretur , petuit. Petito annuentes , textus ex  
utoque jure more Majorum, resolvendos transmisimus , certo  
Examini præfinito tempore, Cumque & textus eruditè resol-  
vendo

vendo, & dubia proposita enodando, satis se præstiterit virum,  
unanimi Consensu ad ulteriora Specimina admissus est. Se-  
quenti igitur die 3. Apr. h. b. cum D. Horis locoque consuetis  
Lectionem Cursoriam ad L. *jupræ alleg.* 54. de J. dot. & hac finita  
Disputationem Inauguralem de JURE TIGNI IN CONCUR-  
SU CREDITORUM, habebit. Ad quos actus solennes, pimes,  
ac singuli Universitatis Nostræ Proceres, ac Cives, decenter invi-  
tantur. Public. ipso SS. Fecio Paschat d. 28. h. Mart. Anno  
1717.

L.S.

Erfurt, Diss., 1717



3

f

IA-706

nur 2 u. 4 bisher verknüpft





B.I.G.

1717/19

22

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS,  
ERNESTUS  
TENZELL,  
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII  
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-  
SOR, CIVITATIS CONSUL  
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.

ERFORDIAE,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

Farbkarte #13

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Blue

